

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis  
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus  
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.  
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

**Cocceji, Samuel von**

**Lipsiae, 1766**

LIB. XXIII. TIT. IV. De Pactis Dotalibus.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9050**

Qv. XI. An Jure Saxonico maritus tanquam curator legitimus de bonis uxoris consentientis disponere possit, vel an haec speciale curatorem ad hunc actum alienationis adhibere teneatur?

**R**esp. Sufficit maritum uxoris consensu contraxisse, quia maritus est legitimus curator suæ uxoris, atque ita in terminis id defendit *Carpz.* p. 2. c. 15. def. 20. *Conf. Brunn.* ad L. 2. n. 5. C. Qui dar. tut. ibique *Dd. Gail.* L. 1. O. 133. num. 11. *Myns.* dec. 1. *Resp.* 10. *Brunn.* cent. 2. dec. 44. n. 5. & dec. 53. num. 2. *Wes.* conf. 63. n. 4. *Land. R.* L. 1. art. 45. L. 3. art. 45. *Rauchb.* p. 1. q. 2. n. 31. *Coler.* p. 1. dec. 65. n. 3. *Carpz.* p. 3. c. 33. def. 30. n. 4. *H. Pift.* O. 155. n. 10. E contrario speciale curatorem tradit *Lynk.* dec. *Jen.* 1053. *Richt.* p. 1. dec. 27. num. 21. *Wes.* 1. *Conf.* 21. in fin. Juxta priorem opinionem per tres conformes sententias judicatum est a Curia Halberstadiensi in causa *Holschauer*, contra *Rauchs*, & per duas sententias in causa *Oppen*, contra *Schenck*, item in causa *Meyerin*, contra *Schuhmann*, in causa *Hornung*, contra *Hornung*, & in causa *Eggelingsche Erben*, contra *Oppichini Erben*.

**E**x c. Si sint bona dotalia, vel immobilia propter nuptias donata, in hoc enim Contractu mulieris consensus marito alienanti nihil proficit, nisi biennio elapso consensus reiteretur per textum expressum in auth. *five a me C. ad Sc. Vellej.* ante biennium ergo non valet contractus, nisi aliis curator accesserit. *Carpz.* p. 2. c. 15. def. 21. n. 5. & 6. Item *Conf.* 43. def. 9. n. 8. p. 2. dec. 143. num. 28. & de *Jur. foem.* dec. 3. pos. 7. n. 34. & sq. *Brunn.* ad L. 2. C. fund. dot. L. un. C. Rei Ux. act. *Wes.* par. ff. de fund. dot. n. 7. *Schneid.* pr. *Inst. Quib.* al. *Carpz.* p. 2. c. 15. d. 21. n. 5.

## DE PACTIS DOTALIBUS.

Qv. I. Quomodo differant pacta dotalia per modum contractus,  
& per ultimam voluntatem contracta?

**Laut.pag.** **R**esp. Regulariter & in dubio intelliguntur pacta dotalia sieri per modum contractus; nam natura negotii id requirit: nisi aliud <sup>449.verb.</sup> *figuidem* fient. consuet, & intentio partium per modum ultimæ voluntatis disponendi



nendi appareat, idque vel verbis: do, lego &c. vel ex circumstantiis, quando scil. disponit: daß die Braut nach seinem Tod dieses oder jenes haben solle; Item, quando voces: Erbschafft, vel Erben, adhibentur, *Stryk. C. C. S. 3. c. 8. §. 2. seq. Dn. Berg. resol. h. t.*

*Priori* casu sufficiunt duo testes, *L. 32. l. 42. §. fin. ff. de Mort. caus. don. posteriori* quinque requiruntur, *L. f. §. f. de Jur. dot. L. f. de Mort. caus. don. Laut. h. p. 449.*

*Ilo* casu non tolluntur, nisi dissensu utriusque partis: *L. 5. C. de O. & A.* *Hoc* casu unus quoque recedere ab illa dispositione potest; quia ultima voluntas ambulatoria est usque ad mortem, *arg. L. 4. de Adm. leg. L. 19. C. de Paß. Laut. in fin. h. ibique Carpz. Addatur Berlich. p. 2. c. 51. n. 25. seq.*

*Ilo* casu statim dies cedit, et si suspensa sit exactio post mortem; *hoc effectum* non habet, nisi a die mortis. Hinc si præmoriatur altera pars, *illo* casu transmittit jus ad hæredes, non *hoc*.

*Ilo* casu actione ex contractu agitur; *hoc* actionibus ex testamento.

L I B. XXIII. T I T. V.

## DE FUNDO DOTALI.

Qv. I. *An maritus alienare possit res dotales mobiles, si servando servari possunt?*

AFFIRMATUR; (1) quia maritus est dominus civilis, cuius effectus *Laut. p.* est, quod alienare possit, *L. 3. C. de Jur. dot. L. 21. ff. de Manum.* 450. verb. (2) quia ex Lege Julia tantum alienari prohibetur fundus dotalis, *tot. non etiam tit. ff. & C. de Fund. dot.* quæ exceptio firmat regulam in casibus non *prohibetur &c.* exceptis.

OBST. *L. 22. C. de Adm. & peric. tut.* ubi tutor nihil alienari potest, nisi quod servando servari non potest.

RESP. Aliud est in tute, aliud in marito; hic enim tanquam dominus civilis plus juris habet, ac ille, qui nudus est administrator: proinde ille nihil potest alienare, nisi ex necessitate; hic vero pro luto, solo fundo dotali excepto, res uxoris alienat.

OBJ. *L. un. §. 15.* ibi: *pro omnibus, adeoque & mobilibus.*

RESP. Pro omnibus prædiis, non tantum Italicis, de quo quæritur; idemque respondetur ad *Nov. 6. c. 3.*

X 2

Aliud

